



*IMPERATORI OPTIMO MA-
ximiliano II, Cæsari potentissimo, semper Augusto,
domino suo clementissimo, salutem ac perpetuam felici-
tatem cum suis debitis obsequijs, optat.*



M N E S qui, Cæsar Clementissi-
me, grauioribus occupati sunt ne-
gotiis, vel quieti se dedere, vel iu-
cunditatibus animum recolligere
confueuerunt: quando vel negoti-
orum grauitas, vel laboris molestia
ipfos defatigauit. Nõ enim ita generatus est homo,
vt ludos iocõsue tantum quærat: Sed eiusmodi est
vniuersi corporis ipsius structura, vt ad seueritatẽ,
negotiãque grauissima, se factum esse, vel inuitus,
confiteri cogatur. Quamuis autẽ omnes natura ad
quietem, & recreationem feramur: vbi grauibus
feriisq̃ue à nobis satisfactum est rebus, tamen in
earum delectu, non omnium, vel idem est mos, vel
eadem voluntas, vel idem iudicium: alii enim a-
mœnis inambulationibus, alii iucundis quibusdam
spectaculis, alii chartarum & alex ludo, alii potati-
onibus, alii denique aliis rebus, prout naturæ im-

A 2